



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula dispensandi in denunciationibus matrimonij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Ha nostra Metropolitana generales ordinationes celebrantes, Dilectum nobis in Christo N. clericum Mediolanen. nostrae Diocesis. examinatum, & admissum, ad . . . ordinem ritè promouimus, eique dictum Ordinem contulimus. In quorum fidem praesentes literas sigillo Archiepiscopali Sancti Ambrosij, & manu Cancellarij nostri Archiepiscopalis munitas fieri iussimus. Dat.

Formula literarum testimonialium ordinationis cum dispensatione super defectu natalium.

CArolus &c. Vniuersis praesentes literas inspecturis fidem facimus & attestamur, quòd nos hodie Sabbato quatuor temporum autumnalium generales ordinationes in Ecclesia nostra Metropolitana celebrantes, dilectum nobis in Christo N. cum quo super defectu natalium, quem ex soluto & soluta genitus patitur, auctoritate nostra ordinaria ad hoc dispensauimus & dispensamus, ad primam clericalem tonsuram promouimus &c. In quorum fidem. Datum.

Formula literarum testimonialium sacre ordinationis extra tempora.

CArolus &c. Vniuersis praesentes literas inspecturis fidem facimus & attestamur, quòd nos hodie Dominico vigore facultatis a sede Apostolica specialiter nobis attributae, sacros ordines Dominicis vel alijs festis diebus etiam extra tempora a iure statuta conferendi, in Ecclesia N. inter Missarum solennia dilectum nobis in Christo N. ordinis N. clericum Mediolanen. probatum, ad Subdiaconatus ordinem ritè promouimus, eiq; dictum ordinem contulimus. In quorum fidem &c.

Formula literarum testimonialium ordinis suscepti in propria diocesi ab alio Epif. de ordinarij licentia.

FRANCISCUS Cittadinus, Dei, & Apostolicae Sedis Gratia Episcopus &c.

Vniuersis praesentes literas inspecturis fidem facimus, & attestamur, quòd nos hodie Sabbato quatuor temporum, facultate, & speciali mandato Illustriss. ac Reuerendiss. Caroli Cardinalis Archiepiscopi Mediolanen. prout apud acta Reueren. Cancellarij Archiepiscopalis infra scripti constat, generales ordinationes in Ecclesia S. N. Mediolani celebrantes, dilectum nobis in Christo N. ad . . . ordinem ritè promouimus, eiq; dictum ordinem contulimus. In quorum fidem &c. Dat. & actum ut supra &c.

Formula denunciandi matrimonium futurum in Ecclesia. Habetur supra parte 2. Actorum. pagina 283.

Formula dispensandi in denunciationibus matrimonij.

CArolus & caetera. Dilecto nobis in Christo R. N. salutem in Domino & cat. Iustis de causis animum nostrum mouentibus, his literis facultatem tibi concedimus, vt tribus, vel saltem duobus testibus praesentibus, N. & N. in Matrimonium (cum nullum ex informationibus oreterus sumptis inter eos legitimum detectum fuerit impedimentum) coniungere valeas. Ita tamen, vt celebrato matrimonio . . . denunciations tribus & cat. continuis festis diebus ex praescripto Concilij Tridentini fiant, & interim sponsi se a carnali copula abstineant; in reliquis vero forma ab eodem sacro Concilio, nostrisque Prouincialibus praescripta seruetur. In quorum fidem &c. Dat.

Formula literarum testimonialium de publicationibus factis matrimonij contrahendi, quando contra-hentes diuersarum sunt Parochiarum.

Atestor ego P. . . . Parochus loci . . . me inter missarum solennia tribus diebus festis infra notatis populo denunciaffe matrimonium contrahendum inter N. nostrae Paro-